

superior quam papa. Preterea: imperator debet instituere summum pontificem. Unde dicitur in decretis xxiii.^{c)} di. *In nomine domini*^{e)}, quod beatus Gregorius papa, cum fuisset electus in papam, scripsit imperatori Mauritio, quod non preberet assensum; ergo ad institutionem pape requirebatur consensus imperatoris. Preterea: a sententia lata ab inferiore iudice potest de iure appellari ad iudicem superiorem; sed a sententia lata ab imperatore non defertur appellativa^{d)} ad papam, sicut patet Extra. de appellationibus. Si^{e)} *duobus*^{f)}; ergo imperator non est inferior papa. Preterea: potestates seculares sunt concessae a deo, ut habetur in decreto xxiii. q. iiii. *Quesitum*^{g)}; ergo imperium est a deo et non a papa et per consequens imperator non est pape subiectus. Preterea: distincte potestates debent esse in distinctis personis, ne una impediatur aliam; sed potestas imperialis est distincta a spirituali^{f)}, ut dicitur in decreto di. x. *Quoniam idem*^{g)}^{h)} et di lxxxvi.^{h)} *Cum ad verum et Duo*ⁱ⁾ *quippe sunt*^{g)} et cetera; ergo papa non habet aliquam potestatem in temporalibus sicut nec imperator in spiritualibus. Preterea: dicit beatus Ambrosius et habetur in decreto xxiii. q. viii. *Convenior*¹⁰⁾: 'Ad imperatores pertinent pallatia et imperatorum sunt temporalia; ad sacerdotes vero pertinent ecclesie'; ergo dominium temporalium est imperatoris non summi pontificis. Preterea: Christus reprehendit Petrum quod percutiebat servum pontificis^{k)} gladio¹¹⁾, in quo potestas temporalis designatur; per quod apparet quod nullam habebat in temporalibus potestatem, alias eum non reprehendisset. Preterea: ille¹²⁾ qui est dominus summus in temporalibus, potest ligare et dissolvere ad successionem generaliter filios subditorum^{l)} suorum; sed papa hoc non potest facere nisi in patrimonio beati Petri, Extra. qui filii^{m)} sunt legitimi. c. i.¹³⁾; ergo non habet dominium temporale extra patrimonium¹²⁾. Preterea: si papa est dominus temporalis, quare beatus Petrus et alii apostoli non petierunt a regibus terre auxilium contra tyrannos, vel quare nonⁿ⁾ dicebant se esse principes mundi in temporalibus? Sed nusquam legitur ista dixisse nec beatus Petrus nec sui successores; ergo non erant domini in temporalibus. Preterea: habitus¹⁴⁾ intensus usque ad summum non potest amplius intendi, sicut nec vas plenum^{o)} potest plus superimpleri; sic in politicis plenitudo iurisdictionis non recipit augmentum; sed papa recipit multa temporalia de novo a regibus et principibus; ergo non habet plenitudinem iurisdictionis in temporalibus¹⁴⁾. Preterea: prius¹⁵⁾ non dependet a posteriori; sed imperator fuit ante quam papa per annos LXXX et plus; ergo papa non est superior imperatore.

c) xxiii W d) a populo add. B e) a add. BW f) temporalis BW g) dictum BW h) lxxvi BW i) Due BW k) servum pontificis supplavi ex CM cap. 345; pontificis] in add. BW l) servorum BW; cf. Petrus de Palude, Tract. 232, 34 m) simul B n) supplavi ex CM cap. 345 o) aqua add. B

5) D. 23 c. 1 paßt nicht zum Folgenden; Joh. Regina fährt an dieser Stelle richtiger fort: expresse habetur, quod consensus imperatoris requirebatur in electione summi pontificis, et scribitur in gestis B. Gregorii, quod ... (JE Nr. 1066, Tholomeus von Lucca, Hist. eccl. 11, 1, Muratori¹ 11, 911); vgl. auch Tholomeus von Lucca, DC 7, 19 ff. und Augustinus Triumphus, Summa de pot. eccl. 36, 2 (Romae 1584) S. 213. Derselbe Fehler noch CM cap. 570 und 573. 6) X. 2. 28. 7. 7) C. 23 q. 4 c. 45. 8) D. 10 c. 8. 9) D. 96 cc. 6 und 10. 10) C. 23 q. 8 c. 21. 11) Vgl. Io. 18, 10—11. 12) ille — patrimonium vgl. Petrus de Palude, Tract. de pot. papae 232, 33—41. 13) X. 4. 17. 13. 14) habitus — temporalibus vgl. Petrus de Palude, Tract. 211, 5—20. 15) Vgl. Tholomeus von Lucca, DC 6, 7—18.